



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Epistolai tu hagiū Isidōru tu Pēlusiōtu

Isidorus <Pelusiota>

Parisiis, 1585

Martiniano, Zosimo, Maroni Eustathio. 157.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71898](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71898)

Martiniano, Zofimo, Maroni
Eustathio. 157.

Quodnam Saluatoris oraculum, optimi viri, aut quinam sermo in opus non exiit, ut eum quoque, quem de iudicio habuit, reiciatis? Nam si illi in irritum cesserunt, ne huic quidem fides adhibeatur. Si autem omnes euenerunt, quid est quomobrem huic fidē arrogare recusatis? Si quidem ea, quæ contigerunt, futurorum euentum spondent. Quod si me breuiter oracula quædam (omnia enim haud facile, imò etiam fortasse nec possibile est) in medium afferre vultis, ne hoc quidem facere grauabor. Dixit Hierosolymā captum iri: & capta est. Dixit celeberrimum illud Tēplum euersum iri: & ita contigit. Dixit Apostolicam prædicationem victoriam adepturam: & adepta est: Dixit se & filiis maiori, quàm patres venerationi fore, & patribus dulciorem quàm filij, & vxoribus suauioiorem quàm mariti, & res ipsa subsecuta est. Dixit fore, ut Iudæi dispergerentur: & quemadmodum fugitiui quidam & verberones dispersi sunt. Dixit fore, ut Ecclesia quidem oppugnaretur, at non expugnaretur: & luculēta, tum in terra, tum in mari ipsius trophæa sunt. Dixit se perspicuum facturum id quod mulier ea, quæ vnguentum effuderat, fecisset: & neminē id facinus fugit. Dixit fore, ut quamcunque terram Sol hic lustrat, eandē quoque prædicatio Euangelica peragraret: & peragravit. Neque enim vlla est natio, aut vllus extremus recessus, qui eam non audierit. Dixit se piscium captores, hominum piscatores effecturum: & ad hunc vsque diem rete homines captat. Crucē & mortem prædixit, & hoc impletum est. Resurrectionem & ascensionem prædixit: & extitit. Verum si oracula omnia in medium proferre coner, ne si sermonem quidem finire velim, id queam. Cùm igitur hæc omnia dixit, atque in finem adduxit, hic de clarissimo suo secundo aduentu atque incorrupto iudicio locutus fidem non nāciscetur: Et quis tandem eorum qui men-

Μαρτινιαῶ, Ζωσίμῳ, Μάρωνι,
Ευσταθίῳ ριζ.

Ποῖος χρῆσιμος, ὡ βέλτεροι, ἢ ποῖος λογος τῶ σωτήρος εἰς ἔργον οὐκ ἐβέβηκεν, ἵνα καὶ τὸν περὶ τῆς κρίσεως ἀποχρησάμεθα. εἰ μὲν γὰρ ἐκείνοι διέπλασαν, μηδ' ἕτος πτευέσθω. εἰ δὲ πάντες εἰς ἔργον ἐκβεβήκασι, τὸ χρεῖν τῷ πτευέειν οὐκ ἀξιοῦτε. τὰ γὰρ γεγεννημένα, τῆς ἐσομένης ἐχούσας τὴν ἐκβάσιν, εἰ δὲ βέβηκατε, σωλιόμας καὶ πινὰς τῆς χρῆσεως. πάντας γὰρ ἴσως οὐ διωατόν, ὅδε ῥάδιον εἰς μέσον ἀγαγεῖν ἡμᾶς, ὅδε τοῦτο ποιῆσαι παρωτησόμεθα. εἶπετε ἀλώσεσθαι τὰ Ἰεροσόλυμα, καὶ ἐάλω. εἶπετε καταρροσθήσεσθαι τὸν πολυθρύλληλον ἐκείνον ναόν, καὶ γέρονται. εἶπετε κερτήσθαι τὸ ἀποστολικὸν κήρυγμα, καὶ κεκέρτηκεν. εἶπετε ὡς ἔταυ αὐτὸς, καὶ πασι πατέρων ἀδελφωτέρως, καὶ πατέρας παίδων γλυκύτερος, καὶ γυναῖξιν ἀνδρῶν ποθεινότερος, καὶ τὸ πᾶν γὰρ ἠκολούθησεν. εἶπετε ἀσπαρήσεσθαι τὰς Ἰουδαίας, καὶ κατὰ τὸν δραπετικὸν πινὲς καὶ ματιχμαί, πάντα τοῦ διεσκορπίσθαι. εἶπετε πολεμηθήσεσθαι μὲν τὴν ἐκκλησίαν, μὴ νικηθήσεσθαι δὲ, καὶ σαφῆ, καὶ λαμπαρὰ ἐν γῆ καὶ θαλάττῃ τὰ τέρατα. εἶπετε κατὰ δὴλον ποιήσθαι ὅσα ἐποίησεν ἢ καταχέουσι τοῖς ποσὶν αὐτῶ τὸ μύρον γνή. καὶ οὐδένα διέλαθε τὸ γεγονός. εἶπετε ὅτι ὁ σὺν ἡλίος ἐφορᾷ γῆν, ποσαύτην καὶ τὸ κήρυγμα καταλήψεται, καὶ κατελήφθη. οὐκ ἔστι γὰρ ἔθνος, οὐκ ἔσχαπα τούτῃ ἀνήκοος. εἶπετε ποιήσθαι τοὺς ἀλιεῖς τῆς ἰσθμῶν ἀλιεῖς ἀνθρώπων, καὶ ἔως νῦν ἡ σαγήνη θηρᾶ. πτευέειπε τὸν σαρρὸν, καὶ τὸν θάνατον, καὶ πεπλήρωται. εἶπετε τὴν ἀνάστασιν, καὶ τὴν ἀνάληψιν, καὶ γέρονται. ἀλλ' ἐπάνται τοὺς χρῆσιμους εἰς μέσον ἀγαγεῖν πειρασμοῦ, οὐδ' εἰ παύσατο βελόμην, διωάμην. ὁ τοίνυν ταῦτα πάντα εἰρηκῶς, καὶ εἰς τέλος ἀγαγὼν, ἕτος πτευέ

περὶ τῆς ἑπιφανεστάτης ἐαυτῷ δευ-
 τέρως παρυσίας καὶ ἀδελφότητος κείσεως.
 εἰρηκώς, ἐπιτευχθεῖσαι; καὶ τίς ἀνέξε-
 ται τῆς γῆ καὶ φροήσεως οὐκ ἀμοι-
 ρουώτων· εἰ μὴ γὰρ οὐκ οἰκείοι οἱ χρονοί
 εἰς ἔργον οὐκ ἐπιβέβηκασιν μηδ' ἔπος
 πίστεως ἀξιάσθω. εἰ δὲ πάντες τέλος
 εὐλήρασι τὸ πρῶτον δι' ἡν αἰτίαν οὐ-
 πὸς μόνος ἀπίστανται. ἔδδ' τὸ δὲ πα-
 ραλείψεται ἄμφω, ὅτι, ἀλλὰ τὰ
 ἑμοὶ κείτῃ μεγιστονὸς εἰς οἷς αὐτῷ
 συνήρθησαν, δι' ἡν αἰτίαν ἀπίστανται.
 τὸ μὲν πῶς θεῶν φύσιν εἰς τὰ κατὰ ἡ-
 μάς καταβῆναι παράγματα, καὶ τὸ
 σαύτιον οἰκοδομῆσαι ἰασασθαι, καὶ
 σημεῖα τοιαῦτα καὶ ἔργασαι, καὶ τὰ
 παθὲν ἄλλ' οὐκ ἰασασθαι, καὶ τὸ θά-
 νατον ἄλλ' θανάτῃ θανάτωσιν, ἀπίσταν-
 ται. ἄλλ' τῆς παραγμάτων πῶς ἀπὸ
 δεξιῶν ἔλαβεν. οὐ γὰρ ἂν εἰ ἀσθητικός
 φίλος ἦν, μετὰ θάνατον πάντας ἀνέχ-
 ρώτατο. καὶ μὲν θεῶν ἑσμούς οὐκ
 τῆς οἰκονομίας ἐξήλασε, καὶ τὰ ἄλλ' ἔρη-
 τα χρονοῖα ἐπίστανσε, καὶ ἀλίεις
 παιδευτῆς τῆς ἐφ' ἡλίω ἐχειροτόνησε
 καὶ τὰ ἀνήμερα καὶ ἀπάνθρωπα φύλα
 ἐπτάσεν. τὸ δὲ κείσθαι ἑσόμενον
 πῶν ὁμοιοῦ μὲν παραγμάτων παρὰ
 τοῖς πλείστοις καὶ εἰδοξοτάτοις τῆς σο-
 φῶν, καὶ δικαίων ὄντων καὶ ἀκόλαστον, καὶ
 λογικῶς ἀρέτων, καὶ τῆς θεῶν προνοίας
 ἀρμότιον. καὶ περὶ τῆς τῆδε δοκῶν-
 ται πολλοῖς ἀναμάλως γίνεσθαι
 παραγμάτων ἀπολοῦ μὲν. οὐκ οἶδ'
 ὅπως ἀπίστανται. εἰ γὰρ τὰ ἀπίσταν-
 τα ἐξέβη, ποῖα μηχανῆ, τὸ πιστεύομε-
 νον οὐκ ἐκβέβηκασι; εἰ γὰρ ἐν οἷς διενέ-
 ρθη, οὐκ ἠλέγηθη, εἰ ἂν συνήρθη. πί-
 στεως ἀξίος ἀνείη εἰ γὰρ τὸ λογικὴν ὑ-
 πὲρ βίοντα ζήτησιν γέρονε, τὸ κατὰ
 λόγον πολλῶ μᾶλλον γενήσεται. τῆς
 γὰρ τῶν λόγων γρηγοριανὸν τὸ εὐ-
 λογον καὶ ἀκόλαστον συμβέβηκασι.

te ac prudentia minimè destituti sunt,
 hoc ferat? Nam si oracula illa in opus mi-
 nimè excesserunt, ne hinc quoque fides
 atrogetur. Si autem cuncta eum, quem
 par erat, finem acceperunt, quid afferri po-
 test quamobrè huic soli fides denegetur?
 Quin ne hoc quidem, quod non parui, sed
 meo quidem iudicio, maximi momenti
 est pratermittam, nempe cum in his re-
 bus, in quibus hominum opinio ab ipsius
 verbis dissidebat, fidem inuenerit, quid est
 causa cur in iis, in quibus cum eo multis
 probè conuenit, ipsius verbis diffidatur?
 Nam quòd diuina natura ad res nostras
 descendisset, tantamque administrationè
 obisset, tot miracula designasset, vitiosaf-
 que perpeffiones per passionem curasset,
 ac mortem per mortem extinxisset, cum
 minimè crederetur, per res ipsas demon-
 strationem accepit. Non enim, si simplex
 homo extitisset, mortales omnes post
 mortem subegisset, nec infinitum deo-
 rum examen ex orbe depulisset, nec ce-
 lebribus oraculis silentium indixisset, nec
 piscatores vniuersæ terre magistros creaf-
 set, nec feras & inhumanas nationes cicu-
 rasset. Quid autem cum iudicium fore
 prædixerit (quæ res apud plurimos & cla-
 rissimos quosque doctorum vitorum ex-
 tra controuersiam est, ac præterea æqua &
 consentanea, rationèque præditis con-
 gruens, ac diuinæ prouidentia conueniēs,
 & de rebus huius vitæ, quæ plerisque præ-
 posterè fieri videntur, eam purgans) fidem
 tamen hoc minimè inueniat, haud sanè
 scio. Nā cum ea, quibus fides detrahitur
 euenerint, quonam tandem pacto non
 eueniet, quod fidè nanciscitur? Cum enim
 in iis in quibus dissidebat, falsi minimè
 cōuictus sit, in ea re, in qua cōcors est, di-
 gnus profectò est, cui fides habeatur. Nam
 cum ea, quæ rationalè omnem inuestiga-
 tionem superabant, facta sint, quod ratio-
 ni consentaneum est multo magis fiet. Iis
 enim effectis quæ rationem excedunt, id
 quod cum ratione coniunctum, atque
 consentaneum est, profectò contingeret.

Aa